

a 1522 ad 1536 = 257 Nr 179

281

Petrus Tomicki, Ludovico Hungariae et
Bohemiae regi.

105
Sacra regia maiestas et domine domine cle-
mentissime. Post humilem servitutis et oratio-
num mearum commendationem. Maiestas do-
mini mei dignata est literis suis regis com-
mendare maiestati vestrae serenissima negoti-
um Galeatij barbitonsonis et servitonsonis mei,
quod de proprietate cuiusdam domus isthic
se habere dicit. In quo negotio etsi ego
nihil dubitem vel me tacente profuturam il-
li hanc maiestatis suae commendationem ac-
pud maiestatem vestram serenissimam; ne
tamen et ego diffidere videar in illius erga
me clementia; supplico illi quoque presentibus,
ut praenominatum servitorem meum
clementer audire et exaudire in his, quae de
proprietate domus ad se pertinentis exponet,
utque illum auctoritate et iustitia sua re-
gia tueri et defendere contra occupatores di-
gnetur, pro sua regia in me liberalitate et
clementia, quam clementiam ego perpetua
servitute, et obsequentissimis officiis bene
mereri maiestati vestrae serenissima curabo. Com-
mendo me rursus, servitutenque meam ma-
iestati vestrae serenissima, quam felicissimam
esse semper, et optime salvam vehementer or-
pto. Datum

